

faminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile est: ventrem aded turbat, ut cholera faciat aliquibus. Dicitur tamen adversus scorpiones potum, & vino prodesse, & clavis pedum illini. Item lienibus, & temporum dolori ex oleo. Hip-  
 Blitivires pocrates menstrua sisti eo cibo putat: haecenus Plinius. Bliti meminit Gal. 6. simp. med. his verbis: Blitum olus est esculen-  
 ex Gal. tum, humida, frigidaq; temperatura, in secundo maxime excessu a temperatu. Item 2. de alim. facul. Qui porro, inquit, atriplicis, plitig, gustabilem qualitatem intelligit, brasicag; saporu commeminit, lactucam in brastica, ac horum olerum medio esse non diffitebitur: siquidem illa egregie desiccata, haec contra plane humida, aquosag; sunt. Quapropter non ex solo oleo, garog; sed addito aceto sapius, meliusq; assumuntur: alias namq; stomacho infesta sunt. Diximus autem istiusmodi olera nonnihil ad levigandam alvum momenti asserre, maxime si cum humiditate glutinosam lubricitatem sortita sint: haec Galenus. Quo fit, ut mirari liceat, si Plinii, & Galeni scripta perpendamus: quod dixerit Dioscorides. Blitum alvo utile esse, & nullius in medicina usus. Eius nomen Gracum est βλίτον: Latinum, Blitum: Arabicum, Bachala jamenia, sive 10  
 Bachale aliamamane: Italicum, Blito: Biedone & Bietolone: Germanicum, Mayet: Hispanicum, Bredos: Gallicum, Poree rouge, Blette. Blitum rubrum minus, Gracis βλίτον μικρόν: Italis, Blito, Biedone, aut Bietolone minore, & Gelosia. Blitum album, Gracis, βλίτον λευκόν, Italis, Biedone & Bietolone bianco.

\* IV. BLITUM POLYSPERMUM. \*



Blitum βλίτον, forte ita dictum quasi βλίον, id est, abjiciendum, propter vilitatem, vel ab insulso fatuove sapore. Genera plura esse Theophrastus 1. hist. 9. pronun-  
 ciavit: quare aliud facimus majus, aliud minus: majus rubrum & album: minus quoq; album & rubrum, hoc verò vel caule tantum, vel omnibus partibus rubet. 10  
 I. Amaranthus maximus sive cristatus, an Erysimum Theophr. 8. hist. 1. & 3. ubi Gaza Trionum vertit, C.B. Blitum majus, Matth. Blitum rubrum majus, Cast. & Lugd. quod Polyanthes Dalechampius appellat: Bliti peregrini genus primum, Cæsal. Blitum Indicum, Taber. Amaranthi species alia, arborescens cognominata, Ges. de hort. Amaranthus purpureus tertius, Dod. gal. Amaranthus major floribus obsoleti coloris, Dodon. fol. Amaranthus major floribus panniculosis, spicatis purpureis, Lob. Amaranthus magnus, Cam. II. Blitum 30  
 rubrum majus C.B. Blitum rubrum, Matth. Lob. icon. Dodo. fol. Cam. Blitum rubrum minus, Matth. in icon. & Lugd. Blitum majus rubrum vel secundum, Dodo. gal. Blitum sativum rubrum, Ges. hor. Blitum primum vel rubrum, Cæsalp. Blitum, Lob. obs. & Taber. III. Blitum majus album. C.B. Dod. gal. Lob. Lugd. Blitum album, Matth. Cast. Blitum sativum album, Ges. hor. Blitum, Lac. Blitum majus, Dod. folio. IV. Blitum 40  
 polyspermum adjecimus, à seminis copia qua cauliculi onerantur dictum, quod ex radice alba gracili, plures caules sesquicubiales, etiam minores, latriatos emittit, foliis paucioribus, pediculis oblongis donatis eos cingentibus, Solani vel etiam Bliti forma, modò latiores, modò angustiores, ex viridi nigricantes, summis tamen minoribus: ex caule prodeunt plures ramuli, flosculis racemosis & muscosis, ex luteo viridibus onusti, quibus semen copiosissimum Botryos instar ni-  
 grum & splendens succedit. Provenit in nostris arenosis ad Wiesam fluvium, sed longè humilior: majus verò in pinguioribus locis ubi fimum reperitur, inter Blitum & Atriplicem. Hoc mire capi pisces auctor est Cassianus, cui Polyspermon dicitur, ut & Lugd. cui & Anguillara experimento nixus subscripsit: 50  
 Polyspermon, Lob. & Tab. Blitum sylvestre, Cam. ad Matth. quid si ad Blitum tertium Tragi referatur?

Μαλάχη.

MALVA.

CAP. CXI.

Malva sativa esui longè aptior sylvestri: stomacho adversatur: alvum juvat, sed multò magis caules interaneis, & vesicæ utilis. Cruda folia cum salis exiguo manducata, ægilopas ex melle sanant: verum cum cicatricem trahere cœperint, ea demum citra salem utendum est. Contra aculeatos apum vesparumq; ictus, illita efficax est: eadem cruda cum oleo trita peruncti non feriuntur: ulcera manantia in capite, furfuresq; cum urina sanat. Sacris ignibus, & ambustis decocta folia, tritaq; utilissimè ex oleo imponuntur. Eius decoctum vulvas in fessione mollit: prodest erosionibus vesicæ, & intestinorum, vulvæ, sedisq; clystere infusum. Jus decoctæ cum radice sua contra omnia venena auxiliatur, si continuo à 60  
 bibentibus revomatur, contra phalangiorum morsus remedio est: lac evocat. Semen in vino potum, addito loci sylvestris semine, vesicæ cruciatus lenit.

Malva confid.

Malva vulgaris aded notitia est, ut nulli ferè reperiantur, qui eam non noverint: hac olim antiquis de industria in hortis serebatur, in quibus nunc spontè frequentissima provenit: ea enim tunc vescebantur homines, caterorum olerum modo. Plura ejus genera: Una hortensis, altera agrestis, & utraq; major, & minor. Vulgaris aded notitia Malva est ut eam calamo delineare opus non sit, sed ea, quæ aliquibus locis in Italia arborescit, nil aliud est, quam sativa cultorum mangonio intantam magnitudinem assurgens, ut lib. 1. de plant. hist. cap. 5. prodidit Theophrastus, cum inquit: Quædam etiam comperta sunt ob culturam diversa effici, atq; à sua natura discedere, ut malva in altum se attollens, atq; in arborem transiens. Quippe ita sit neq; tempore longo, sed mensibus senis, aut septem, ita ut longitudine, crassitudineq; instar 10  
 hastæ

Malva in arborem Theoph.

## I. MALVA.

## II. MALVA MAJOR.

\* III. MALVA ROSEA  
flore pleno. \*

hastula possit grandescere: quapropter commodè ad usum baculi  
venit. Tempore verò longiore exacto, pro ratione magni quoque  
incrementa capefit: hactenus Theophrastus. Plinio lib. 19. cap. 2.  
prater eam, quæ in Arabia septimo mense arborescit & baculo-  
rum usum præbet extemplo, est & Malva arbor in Mauritania  
Lixi oppidi astuario, ubi Hesperidum horti fuisse produuntur.  
Ipsa altitudinis pedum viginti, crassitudinis quam circumpre-  
cti nemo possit: in simili genere habetur & cannabis. Malvam,  
quæ in arborem degeneraverat, vidi ego primum Grignani ad  
Benaci ripas, in quodam monachorum cenobio, ubi eorum ortus,  
& cultu tantam sibi ascriberat amplitudinem. Est & ea inter  
malvarum genera recensenda, quæ in hortis ac viridariis gran-  
descit arbuscula instar, caudice simplici, magno, rotundo, baculi  
faciem referente, foliis amplius, raris & quæ ad terram sunt, non  
ut in altera divisa spectantur, sed tantum per ambitum leviter  
fimbriatis serratis: iis verò, qui in caule sunt, vulgaris malva  
modo divisis floribus ut in altera rosea majoribus, & non ut in al-  
tera versicoloribus sed in quibusdam simplici omnino foliorum  
ordine, sylvestris rosea modo, in iis verò multiplici. Radice niti-  
tur firma, divaricataq;: semine lupino majore. At POLYCAU-  
LON, folia gerit hortensis malva grandiora, subhirsuta, per  
ambitum hortensis malva modo divisa, longuq; pediculis ap-  
pensa. Stolonibus pluribus ab una radice prodeuntibus, tricubi-  
talibus, & quandoq; majoribus, subhirsutis, baculi effigiem re-  
ferentibus: floribus, in toto fere caule magnis rosarum effigiem  
referentibus, foliosis, colore vario: nam in quibusdam plantis  
purpureus, inflammatus, in aliquibus candidus, in nonnullis, car-  
nis colorem referens, visitur, adeo ut forma ita etiam colore  
cum rosis certare videatur. Hujus flores minus quam rose su-  
gaces sunt, sed inutiles & nullo prorsus odore præditi. (\* Nam  
si ut rose nares conciliarent, quemadmodum oculos hilari for-  
ma ac coloris vivacitate alliciunt, nulli dubium est, quin de  
præstantia ac pulchritudine cum rosis certare potuissent. \*)

At Rosa etsi fugacior sit, hoc magnopere præcellit, quod odore sit gratissimo, tam recens, quam sicca: tum quoq; quod præcla-  
rissimis sit facultatibus prædita. Semen edit ceteris malvis simile, sed majus. Radice nititur longa. Alibæ modo flexili,  
ac lenta. Seritur in hortis, & viridariis, ac etiam in fœtilibus, ad opacandas in æstate fenestras. Hanc itaque, nihil est,  
quod

quod prohibeat, quin Majorem malvam appellari possimus: quanquam non desint, qui arboream malvam ipsam appel-  
lent. Cum tamen Gal. l. 7. de simpl. medic. facultatibus & l. 14. nihil aliud sit *αλθαία*, quam Althaea. Et omnia  
facile prestare potest, quae & cetera malvarum genera. Scripsit ad me superioribus annis Jo. an. Jordanus Medicus, nasci ar-  
boream malvam copiosam in Genuensi litore, sed hactenus non potui ab eo hanc plantam extorquere. Quartam quam hic  
quoque expressimus, nusquam antea à me conspectam, mihi dono misit Franciscus Calzolarius Pharmacopaeus Veronensis, &

IV. MALVA MAJOR  
altera.

## V. MALVA QUARTA.



rei plantaria studiosus. Folia profert oblonga Hedera helicis fere modo, per ambitum sinuata, sed haud profunde divisa: pe-  
diculis praelongis inhaerentia, caulibus multis, lentis ac foliosis: floribus ac seminibus hortensis malva. Provenit sponte in altis  
montibus. Magis digerit quam domestica, minusque humiditatis habet. Non differt viribus ab aliis Malva generibus. Malva  
radix sicca, die una in aqua macerata, & deinde madida papyro circumvoluta, & sub cinere ferventi decocta, & iterum  
siccata, utiliter usurpatur ad dentifricia: mundat enim affricta dentes, & gypseam materiam solvit. Foliorum & radicum  
decoctum gargarizatu exasperatas fauces lenit, mucago vero acrimonias emendat: Fervida folia in cibum appo-  
sita raucedines expediunt, ex oleo autem sale, & recenti butyro alvum citant. Fit & foliis cum salignis frondibus tritis prestan-  
tissimum emplastrum ad vulnere, & alias quascunque inflammationes. Valeat eadem cum porris & cepis illita ad serpen-  
tium venenosorum morsus. Succus auribus instillatus dolorem sedat. Decocta una cum radice ad lentorem usque datur po-  
tunda aegre parturientibus magno juvamento: id quod etiam praestat succus selibra pondere haustus. Semen ex vino rubro  
potum nauseam tollit. Cauliculi molles decocti delibati, comeduntur ex aceto, & oleo, & sale, asparagorum modo. prima  
statim mensa, ad citandam alvum: in summa, malva ad multa utilis est. Ideoque non immerito antiqui Malvam omni-  
morbiam appellaverunt. Datur utiliter succus potandus melancholicis sex unciarum pondere, at insanientibus uncia octo  
propinquantur. Malva meminit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, sic inquit: Malva agrestis quidem digeren-  
tis paululum, & emollientis leviter est facultatis: Hortensis vero quanta plus habet aqueae humiditatis, tanto facultate im-  
becillior est. Fructus ejus tanto validior est, quanto & siccior. Porro hujus generis est & ea, quae ariadendromalache nuncu-  
patur, sed efficacissima comprehensarum in digerendo: appellatur etiam althaea. Et libro 2. de alimentorum facultatibus:  
Est, inquit, ab hac hortensi alia quaedam sylvestris malva, seu lactuca est *βελανδρα*, id est, lactuca sylvestris: Inter vero  
has congeneres plantas, id est discriminis, nempe quod sicciora sint sylvestria, sativa humidiora. Permissum quoque est mal-  
vae succo aliquid glutinosum, quo lactuca caret. Arefrigerandi facultate manifeste abest, ut etiam ante sumptionem cer-  
nere licet, si ex ambobus vicissim oleribus cataplasma ad calidam quempiam affectionem, quale est erysipelas, componas: id  
quod scititare homines consueverunt, molliuscula folia per quam diligenter tundentes, donec ad lavorem exaltissimum  
reducta sunt. Tum namque cognosces lactucam manifeste refrigerare, malvam vero modicum, & quasi tepidum, quendam  
calorem obtinere. Facile hoc olus deorsum labitur, non tantum quia humidum est, sed etiam quia glutinosum, praecipue cum  
oleum garumque, assatum una hauritur. Ad concoctionem mediocriter se habet. Si horum trium olerum succos inter se com-  
pares, tenuis & absterforius betae, malvae crassior glutinosiorque, lactuca in utroque, medio statuitur. Herba, quae *μαδαχ* Grae-  
ce, Malva Latine vocatur: Arabice, Chubeze seu Chaba'zi: Italice Malba & Malva: Germanice Pappel: Hispanice, Mal-  
vas: Gallice, Malve. Malva arborea sive Malva major: Graecis *αλθαία*: Italicis, Malba sive Malva maggiore: Ger-  
manis, grosse Pappeln: Gallis, Malves de jardin. Malva major unicaulis, Graecis, *αλθαία μονόκλων*: Italicis, Mal-  
va arborea, sive Malva maggiore d'un gambo solo. Malva hederacea, sive montana: Italicis Malva salyatica montana.

Malva

Malva quoddam alvum molliat, idcirco Græcis *μαλαχυντὶς ἀμαλίου*, emolliendo ventre, propter naturalem lentorem suum, ut Paulus asserit: unde Martiali Mollis dicitur. Novem species in Phytopinace recensuimus. I. Malva sylvestris folio rotundo, quam Theophrastus 7. hist. 7. coqui, & cibo esse idoneam scribit. C.B. Malva, Brunf. Matth. Lac. Cast. Malva vulgarissima & prima, Trago. Malva sylvestris pumila, Fuch. Dod. gal. & fol. Thal. Malva sylvestris repens pumila, Lob. Lugd. Malva sylvestris supina, Cord. hist. Malva agrestis minor, Gef. hort. Malva minor, Lonic. Malva sylvestris minor, Tab. & vulgaris minor Cam. Malva flore candido, Cæsalpino. II. Malva rosea folio subrotundo, flore simplici, quæ Malva fativa est apud antiquos, & quam cultu arborefcere scribit Theophrast. Malope Plinio, C.B. Malva hortulana, Brunf. Malva hortensis vel Romana, Trag. Cam. Malva Romana, quibusdam Hastula regia Apuleii, Gef. hort. Malva hortensis, Fuch. Dod. fol. Lac. Malva fativa, Dod. gal. Malva major, Matth. Malva rosea fruticosa, Lob. Malva arborea sive hortensis, Tab. Malva rosea simpliciore flore, Lugd. Floribus est candidis, rubentibus saturatis vel dilutis, sive ex rubro nigricantibus. III. Malva rosea folio subrotundo, flore pleno, C.B. Malva Romana multiplex, Trag. Gef. hort. Malva rosea, Matth. (in minoribus figuris pingit simplici, in majoribus pleno flore) Malva rosea multiplex, Lob. Tab. Lugd. cui & Rosa transmarina. Malva hortensis multiplici flore, Dod. fol. Lon. Habetur candido, incarnato, tubro, puniceo, nigricante flore, eoq; majore & minore. IV. Malva arborea Venera dicta flore cæruleo. C.B. Malva major altera, Matth. Lugd. Malva arborefcens, Gef. hort. Dod. fol. Cam. Malva arborea, Cast. V. Malva montana hederaceo folio, C.B. Malva quarta, & Malva hederacea sive montana eidem in icon. & Cast. Malva major tertia Matthioli, Lugdunensi.

Ατρίπλις.

Atriplex.

CAP. CXII.

**A** Triplicem aliqui chrysolachanon vocant, cognitum olus est: duo ejus genera, sylvestre, & fativum. Coctum estur, ut olus: alvum molliat. Panos discutit, sive crudum, sive coctum illinatur. Semen cum aqua mulsa potum, regium morbum sanat.

## I. ATRIPLEX DOMESTICA.

## II. SPINACIA.



**E**tsi in Hetruria hortis rara admodum sit Atriplex, frequentissima tamen apud Insabres seritur à rariolis in hortis, & in campis, quod ex ea præsertim rura sibi quoddam placent a genus consiciant hoc modo. Incidunt enim acutissimo cultello Atriplicis folia, & caseo in scobem attrito, butyro, ac ovis commiscunt, & in sartaginibus foliosa pasta substrata, decoquunt, comeduntq; abunde, perunctis undiq; labiis. Hac inter olera ocysimè assurgit: nam & seritur, & manditur decimo quinto à satū die. Trium est generum, hortense, sylvestre, marinum. Hortense ATRIPLEX folia promit [humorens] caule tenui lata, in mucronem tamen desinentia, sagittarum instar, pinguis, succosa, colore ex viridi in luteum languescente. Caulis, qui illi rubet, multis undiq; adnatis ramis, ad quatuor cubitorum mensuram adolescit: semine spicato, pressis, tenuibusq; folliculis concluso. Præstat Atriplex in cibis vere tantum: siquidem ut ocysimè crescit, ita & velocissimè senescit, & deperditur. Credidere recentiorum quidam Atriplicem, & Spinaciam vulgò dictam, ejusdem esse generis. Verum ii, meo quidem judicio, falluntur apertissimè: quippe præter id, quod Spinacia novum in Italia olus est, & foliorum, & caulis, & semi

Atriplicis  
confider.Recetio-  
rum quo-  
rundam  
opinio  
reprobata  
circa  
Spinacia

H b

&amp; semi

\*III. SPINACHIA SEMI-  
ne non spinoso.\*V. ATRIPLEX SYLVE-  
stris. II.IV. ATRIPLEX SYL-  
vestris. I.VI. ATRIPLEX SYL-  
vestris. III.

& seminis forma, atq; colore ab atriplice maxime differt, sicuti & sapore. Namq; suspicatur Manardus Ferrariensis ne-  
Spinachie scio tamen qua ratione ductus, Atriplicem, & Spinaciam Chrysolachani speciem esse. Sed ejus sententiam minime proban-  
descript. dam cenfeo: chrysolachanon enim Latinis aureum olus significat: quod tamen si Atriplici competere possit, non tamen ob id  
Spinacia convenire videtur, quia foliis, caule, flore, ac semine perpetuo virefcit. Scribitur Augusto, quinetiam Martio. Na-  
scitur

\* VII. ATRIPLEX ANGU-  
sto Centinodia folio. \*IX. ATRIPLEX MA-  
rina.

scitur septem diebus à satù, folio primum triangulari, deinde sagittali, mox à pediculo intubi sylvestris modo laciniato: exigua nititur radice, tenuibus capillamentis fibrata, caule cubitali, & saepe longiore, intus cavo. Flores gerit in vertice rotundos, parvos, herbaceo colore, racematim coherentes: semen spinosum, angulosumq, provenit, in quocunq, solo, quod stercoreatum fuerit, & copiosa ubiq, crescit in hortis: hyemes, & frigora spernit. Nam in Bohemia, hyeme tota, venalis in plateis reperitur, & frequentissima. In quo genere summa quoq, habetur: hac facile noscitur, quod semen nusquam proferat. Non desunt, qui putent hoc olus ex Hispania primum fuisse advectum, ob idq, volunt spinaceum, non spinaceum appellari debere, sed revera, à spinoso semine ita denominari cepit. Coquitur plerumq, sine aqua, nam cum multum Spinaciae humoris inter coquendum remittat, proprio contentum jure videtur. Refrigerat, & humectat ordine primo, nec omnino facit, vacat nitrosa qualitate, alvum emollit, flatu parit. Bibitur ejus succus ad scorpionum, phalangiorum & araneorum iclus, ac etiam vulneri illinitur, quinetiam coctum lenit exasperatas fauces. Ceterum duo alia Atriplicis genera habentur, unum sylvestre, alterum maritimum. Sylvestre aliquot habet species: nos hic tres excudi curavimus soliorum diversitate dissimiles. Primum genus folia edit horrensi haud dissimilia, minora tamen & qua ad terram sunt per ambitum laciniata. alia genera, subalbicanthiaq, : caulem sesquicubitali, ramosum, ac etiam striatum, semen racemosum, & exile. Radicibus nictetur numerosis, ac tenuibus. Nascitur sponte cum in hortis, & vineis, tum secus itinera, & locis incultis & campestribus. Secundum foliis exit latioribus, quercus modo per ambitum incisis, subalbicanthibus: cetera cum altera paria sunt. Nascitur propè urbium moenia, & locis quoq, aliis incultis. Eadem illi sunt qualitates & vires, qua priori. Tertium folia habet, lata, viridia, carnosae, per ambitum laciniata & in acutum desinentia: semen racemosum, ceteris minutius. caule ramoso, firmo atq, striato. Nascitur intra & extra urbium, & oppidorum moenia, & in areis. Viribus praestat, quibus & praecedentes. ATRIPLEX vero in maritimis nascens, humi jacet, suos circumquaq, caules spargens, in quibus folia sunt subalbicanthia spinachii oleris figura, sed minora, salso sapore. Semen profert in caulium summis artibus, bacis quibusdam inaequalibus racematim coherentibus. Radice nititur divaricata, multiplici. Vis illi, qua ceteris atriplicibus, sed propter salsedinem, qua referta est, magis quidem alvum citat, magisq, abstergit, si è carniū jure decocta edatur: digerit, incidit, attenuat, liquat, à putredine vindicat, aperit, & abradendo expurgat. Humentem ventriculum siccit, hydropicos juvat, pingues extenuat. Hujus nulla (quod equidem sciam) facta est mentio à Dioscoride & Galeno, sed is facile sese offeret, qui non gravabuntur, ut hanc & alias maritimas herbas cognoscant, maris litora peragere. Eam nos copiosam invenimus Tergesti ad salinas in maris litore, nimirum diversam ab halimoolere maritimo, ut ejus imago, quam hic damus, aperte declarat. Inibi quoq, plantam illam nobis contigit videre, qua KALI Mauritanis appellatur, cujus cinere utuntur fabri vitrarii ad vitrum conficiendum: ex decocto autem ejusdem herba paratur sal illud, quod Alkali isdem dicitur. Hac cum primum terra emergit, folio est tereti forma, minori sedo non absimile: atq, deinde crescens, caule erecto, geniculato, non multo post tempore in digitalem ferme longitudinem attollitur. Cum vero amplius adoleverit, è geniculis folia emittit pinguis ac crassa, in medio cava, & ex lata origine mucronata. Ubi deniq, planta adulta senescit, folia in caulium cacuminibus longè minora exilioraq, conspiciuntur, colore rufo: ex quorum ortu pilula prodeunt rotunda ac parva: quibus exile semen includitur. Caules habet pingues & rufos. Sapor universa planta salsus, veluti crithmo. Itaq, excalfacit, adstringit, dissolvit: attenuat, contrahit, & desiccit citra apertam caliditatem aut siccitatem. Hanc quidam alteram Dioscoridis Anthyllidem esse censent: sed errant, meo quidem iudicio, ut latius dictum est in sequenti libro. tum etiam in ea Apologia, quam in Amatum illum Lusitanum scripsimus. Atriplex, ut memoria prodidit Galenus libro 6. simplicium medicamento- rum, humida, & frigida temperie est, humida quidem secundi ordinis à mediis, frigida verò primi, quam utiq, tepidam esse cali-

H b 2

esse cali-

Kali Mau-  
ritanorū  
mentio.  
Kali An-  
thyllis al-  
tera qui-  
busdam.  
Atriplicis  
vires ex  
Galen.



Atriplicis  
semen ex  
Serap. al-  
vum mo-  
vet.

esse caliditatem posuimus, cuiusmodi rosis inest, non tamen adstrictionis est particeps, sed aquea est, & minimum terrena, similiter malva. Quin & ventrem celeriter permeat, ut illa, ob lubricitatem. Porro paululum omnino ejus est, quod digerendi obtinet potentiam. Hortenses autem atriplex, & malva, quam agrestes, tum humidiores sunt, tum frigidiores. Proinde phlegmonis, & phlegmatis incipientibus gliscentibusq; & mollibus etiamnum, ac velut ferventibus hortenses: vi- gentibus autem & declinantibus, ac indurescentibus commodiores sunt agrestes. Semen ejus abstergerendi vim habet: itaq; ad morbum regium ex pituita (rectius forte hepatis legendum) infarctu prognatum utile est: hac Galenus. Scribit Se-

rapio, Rasin vidisse hominem quendam qui ex Atriplicis semine duarum drachmarum pondere sumpto, crebris tum vo- mitionibus, tum alvi dejectionibus vexatus fuit, adeo ut ad extremam virium imbecillitatem deveniret. Quod mihi quidem 40 mirum non est: quandoquidem novi ego pharmacopolam quendam, qui ad rusticos purgandos Atriplicis tantum semen exhibebat: quod is non sine molestia magna alvum abunde ciebat, atq; etiam simul crebros provocabat vomitus: quæ ta- men facultas paucis, ut puto, hactenus innotuit. Atriplex sic Latinis, Græcis ἀτρίπλεξ καὶ χυροκόλαχρον, vocatur: Arabibus, Cataf, seu Caraf: Italis, Atriplice: Reppice & Treppice: Germanis, Molten und Milten: Hispanis, Armoles: Gallis, Follete, & Femmes Choux. Arroches, Bonne dames. Spanachium, Græcis Σπανόχων: Italis Spinace: Germanis, Spinat: Arabibus: Spanach: Gallis Espinaches, sive Espinach. Atriplex sylvestris, Græcis ἀτρίπλεξ ἄγρια: Italis, Reppie salvatico: Germanis Wildmilten: Gallis, Arroches sauvages. Atriplex marina, Græcis ἀτρίπλεξ θαλάσσια: Italis Atriplice, sive Reppice marino. Kalitta marinus vocata, Italis, Soda.

Atriplex ἀτρίπλεξ καὶ χυροκόλαχρον, utpote quæ octavo à fatu die prodeat, ut habet Theophrast. 7. 50 hist. I. Duodecim genera novimus, quare dividimus in hortensem, sylvestrem & maritimam. Illæ in plures species distrahuntur, foliis namq; rubicundis, in luteum languescentibus & nigricantibus: sic & sinuatis & non sinuatis reperiuntur. I. Atriplex hortensis rubra, C.B. Lon. Atriplex sativa folio rubicundo, Trag. Atriplex domestica, Matth. Atriplicis sativæ species altera, Dod. gal. Atriplex sativa russo folio, Cord. in Dios. Atriplex sativa altera, Lugd. Atriplex sativa, Lob. obser. Atriplex sativa altera folio & flore purpurea livens, Lob. icon. Atriplex hortensis, Dod. fol. Atriplex rubra, Tab. Atriplex purpurea grandis, Cam. Ab hac potissimum colore differt. Atriplex hortensis alba. II. Lapathum hortense alterum seu Spinacia semine spinoso, C.B. Spinachiam ob semina dura & spinosa coacervata, at Σπανόχων recentiorib. Græcis à raritate, quod raro illa medicitantur. Hispanach Arabibus. Spinachia, Brunf. Fuch. Dod. gal. & fol. Tab. Spinacia, Matth. Lob. Lug. Cæf. Spanachium, Matth. in icon. Cast. Spanachia, Lon. Spi- 60 naceum olus & Seutolapathum, Gef. hort. Seutomalache Ruellio. Olus Hispanicum, Trago: cujus tres sunt species, altera semine spinoso, quæ vulgatior, quæ mas quibusdam: altera semine non spinoso sed rotundo, quæ femina: & tertia sterilis. III. Lapathum hortense alterum semine non spinoso. C.B. Spina- chiam manifestum habere sexum, recte Scaliger, quare hic de nobili hactenus non depicta. Hæc ex radi- ce oblonga, tenuibus fibris constans caulem emittit pedalem, teretem, striatum, concavum, infernè ali- quando subrubentem, ramulis brachiatis. Foliis vestitur molliusculis, obscurè virentibus, succi plenis, quorum inferiora multò quàm in vulgari latiora, aliquando palmum æquantia, non acuta sed subrotun- da & Boni heinrici instar laciniata: superiora verò acuminata & ob unam utrinq; laciniam quasi trian- gula. In alarum sinu flosculi racematim coherant, quibus semina rotunda, nequaquam spinosa, verruca- rum

rum instar conglobata succedunt. Hæc diligentissime coli desiderat, quare in paucioribus hortis habetur, & quod sæpius tenella succiditur, eò surculosior evadit. Dicitur Oulus Hispanicum & Spinachia nobilis, Trag. Spinacia femina, Gef. hort. Spinacia sativa mas, Lugd. & Camerario. IV. Atriplex sylvestris prima, Matth. Lugd. Atriplex sylvestris, Fuch. Dodo. gal. & fol. Gef. hor. Lac. Atriplex sylvestris major, Lon. Cynocrambe prima, Cæsal. V. Atriplex sylvestris secunda, Matth. Lugd. Tab. Atriplex sylv. Cord. in Dios. Cæf. Atriplex sylvestris sinuata, Lob. Duæ hæc species tantum foliorum amplitudine & exilitate differunt. VI. Atriplex sylvestris latifolia, C. B. Blitum quartum, Trago, Solanum quartum, eidem. Pes anserinus, Fuch. Dod. gal. & fol. Lon. Lugd. Cam. Atriplex sylvestris tertia, Matth. Lugd. Atriplex sylvestris five pes anserinus latifolia laceris laciniis, Lob. Chenopodium, pes anserinus primus, Tab. Cynocrambe alterum genus, Cæf. Hujus & altera species est acutior & nigriore folio. VII. Atriplex angusto Centinodiæ folio, C. B. Hæc ex radice parva fibrosa, caulem emittit supinum lævem, striatum, qui mox in ramos brachiatur, hiq; in alios quos folia cingunt Helxines aut Centinodiæ majoris æmula, oblonga,

\* VIII. ATRIPLEX SYL-  
vestris lappulas habens. \*



acuminata, integra, obscure virentia quorum inferiora aliquando ad exortum in duas alias laciniantur: ramulis insident flosculi exigui coacervati, succedente semine ceteris minore, foliaceo, tenui cute obducto, racematim coherente. Nascitur circa mænia, in areis, locisq; sinitariis. Dicitur Atriplex syl. prima, Matth. inter majores figuras, inter minores enim non expressit. Atriplex sylvestris altera, Dod. gal. Atriplex sylvestris humilima, & quarta Dod. fol. Atriplex syl. Polygoni aut Helxines foliis, Lob. Cam. Atriplex syl. prima Matth. polygoni folio Lugdunensi. VIII. Atriplicem sylvestrem lappulas habentem à nobis primum descriptam exhibet. Hæc atriplici sylvestri secundæ Matthioli aliquantum similis: quæ ex radice parva, fibrosa, cauliculos plures emittit palmares & majores, striatos, levissime hispides, longe à se invicem discedentes, quos cingunt folia sinuosa alternatim disposita, aliis minora, brevibus pediculis donata, ad quorum exortum lappulæ duræ adherent, in quibus semen nigrum, parvum, compressum continetur. Monspeisuli provenit: eandem Atriplicis sylvestris hispide parvæ, erectæ nomine, à Doctore Doldio Norinberga accepimus. IX. Atriplex maritima, C. B. Atriplex marina, Matth. Cast. Dod. fol. Lugd. Cam. Atriplex marina repens, Lob. Cynocrambe tertium genus Cæsalpino est rubro & herbaceo semine. X. Kali Mauritanorum nomen est, quod aliqui ad Anthillidem alteram Dioscoridis: alii ad ejusdem Tragum, minus rectè, sapore acerbato, & defectu acinorum reclamantibus, referunt: videtur Plinius lib. 8. cap. 22. ad Halymum retulisse. Novem species in Phytopinace proposuimus, duas adponimus figuras, quia una figura utramq; ac si una foret, Matthio-

lus Kali nomine proposuit. Kali geniculatum, C. B. Adver. Lugd. Cam. Taber. Salicornia, Dod. gal. & fol. cui & Kali articulatum. Salicornia five Kali geniculatum vermiculatum, Lobel. icon. Alkali aliud, Gef. hor. Alkali, Lon. qui Matthiolum imitatur. Kali tertium: Salicornia, Cam. ad Matth. qui quatuor habet differentias, quæ tamen parvi sunt momenti, (ipsomet monente) & autumnii tempore rubent. Kali primum, Kellu Aegyptiis, Alpin. Salsolæ genus aliud, Cæsalpino. Hoc habetur & rubrum & viride. XI. Kali majus cochleato semine, C. B. Kali magnum sedi mediū folio, semine cochleato, Advers. Soda, Lob. icon. Kali magnum, Lob. observ. Penæ Lugd. cui & Kali Dalechampii. Salsolæ genus Isgarum vulgo, Cæsal. Kali cochleatum majus Camerario.

Κράμβη.

BRASSICA.

CAP. CXIII.

BRASSICA sativa alvo idonea est, si modò leviter fervefacta edatur: nam percocta alvum fistit, sed multò magis bis cocta, aut quæ in lixivio coquitur: stomachum autem male habet, acrior est æstiva. In Ægypto propter amaritudinem non estur. Cæcutientibus, & tremulis esse prodest. Summo cibo sumpta crapulam discutit, & vini noxam restinguit. Melior stomacho cyma, sed acrior, & ad ciendum urinam validior: ea condita stomacho inimica est, alvum conturbat. Crudus succus cum nitro, & iri devoratus, alvum emollit: cum vino quoque epotus, viperarum moribus auxiliatur: cum fœnigræci farina, & acetato, podagris, & articulorum vitiis illinitur: prodest & sordidis ulceribus, & vetustis illitis: caput purgat naribus infusus: menses extrahit, cum foliacea farina inditus. Folia per sese illita, aut cum polenta trita, conferunt inflammationibus, tumoribusque: epinyctidas, ignem sacrum, leprasq; sanant: carbunculos ex sale rumpunt: fluentes capillos retinent. Cocta addito melle adversus depascentia ulcera, gangrænasque valent. Lienosisque ex aceto cruda profunt. Mansa devorato succo, retusam vocem instaurant. Decoctum ejus potu alvum, & menses ciet. Flos post conceptionem in pello subditus, partum abortu viciat. Semen ejus, præsertim quæ in Ægypto nascitur, potum tineas repellit. In antidota theriaca additur: faciei cutem lentiginesque expurgat. Virentes cauliculi cum radice cremati, & adipe porci vetusto excepti, diurnos laterum dolores mitigant.

H h 3

I. BRAS-



## III. BRASSICA CAPITATA.

## \* IV. BRASSICA CONGYLODES. \*



## V. BRASSICA CAULIFLORA.



tum Tyrrheni, tum Adriatici litoribus frequens nascitur. Hanc non longè à Terracina urbe, via qua itur Neapolim, plurimam vidimus, foliis domestica similibus, sed hyoscyami modo hirsutis, amaro ac insuavi gustu. Ex semine Brassicae veteris (ut Plinius est auctor lib. 19. cap. 10.) rape fiunt, atque invicem. Brassica semen crassiusculè contusum, & carniū jure serve-  
factum, potumq; unā cum ipso jure, colico dolore laborantes  
presentaneo remedio juvat. Brassica tormina discutit sibi-  
cocta edatur, addito cumini semine, sale, & oleo, & hordeacea  
farina polline, praesertim si sine pane devoretur. Idem facit  
jus decocta cum vetere gallo. Prodest idem jus jecinorosis, lie-  
nosis, & renū calculo laborantibus. Prodest percocta tabidis,  
si frequenter edatur. Succus ex melle coctus, visum clarificat,  
angulis tantum oculorum illitus; datur succus utiliter potan-  
dus adversus fungorum venena. Cocta, & longo pipere aspersa,  
unaq; cum jure sumpta, nutritibus lactis ubertatem prae-  
bet. Caulium medulla ex cremore amygdalino decocta, & cum  
melle in eclegmate parata, datur lambenda magna utilitate  
anhelosis: in summa, Brassica est ad omnia utilis, id quod an-  
tiquius Chrysippus medicus testatus est, siquidem is de Brassi-  
ca integrum volumen scripsit, per singula membra hominis  
digestum. Quamobrem haud nobis mirum videri debet, si DC.  
annis antiquitus Romani, expulsis medicis, sola Brassica sibi  
ad omnes morbos medicinam fecerunt. Brassica sativa, &  
esculenta, ut memoriae prodidit Gal. lib. 7. simpl. med. desic-  
candi vim habet tum esā, tum foris imposita, nō tamen etiam  
admodum acrem. Alioqui & ulcera glutinat, & maligna ul-  
cera sanat: praeterea phlegmonas tam induratas, ac agrè so-  
lubiles, & id genus quoque erysipelata. Eadem facultate epiny-  
ctidas, & herpes sanat. Habet quiddam etiam in se abster-  
sivum, quod lepras curat. Porro semen ejus potum lumbricos interficit, maximè brassicae Aegyptia, quanto ea scilicet  
temperatura siccior est. Sanè amara qualitatis particeps semen est, sicut videlicet omnia alia medicamenta, quae ad  
lumbricos idonea sunt. Secundum eandem facultatem ephelidas, & lentes, & quaecumque alia modicam abstersionem po-  
stulant, adjuvat. Caules brassicae combusti, cineres efficiunt admodum desiccantes, ut videlicet adurētem vim participant.  
Hac ratione ei veterem adipem commiscetes, ad inveteratos laterum dolores, & si quid ejus fuerit generis, adhibent: nam  
valenter

valenter digerens medicamentum efficitur. Brassica vero agrestis quodammodo calidior, sicciorq; domestica est, cum alia propemodum omnia agrestia sui generis, domesticis secundum utramq; hanc facultatem valentiora sunt. Quamobrem neq; intra corpus citra noxam sumitur, ut quæ longius ab humana recesserit temperatura. Eadem de causa, & gustantibus amarior est quam domestica: quanquam domestica quoq; subamarum quiddam & acre contineat: sed utramq; habet agrestis validam: quare etiam extergit, & digerit quam domestica valentius. Marina autem brassica supra quam quoddam ventrem deiciat, utpote subsalsa, & subamara gustu, fuerit sane etiam ad externos corporis usus, & ad omnia ea, ad quæ tales qualitates accommodantur, idonea. Et lib. 2. de alim. fac. Brassica quoq; inquit, à multis ut obsonium estur, medici autem ut desiccante medicamento, ea utuntur. Diximus de hac quadam cum de facultatib. med. ageremus, tum etiam in lib. superiore: quæ nunc summam perstringemus. Ergo brassica succus purgandi vim quandam obtinet: contra solidum ejus corpus siccitatis ratione cohibere magis, quam incitare dejectionem potest. Proinde cum expellere alvi excrementa propositum erit, ahenis, in quo elixa unâ cum aqua fuit, propius admoto, ipsam eximere conestim, vasculq; in quo paratur, oleum cum garo injicere oportebit: si salem pro garo sumas, nihil refert. At humentem alvum siccare volentes, cum mediocriter bullisse videbitur, priore aqua effusa, repente aliam calentem injicimus: ac ita rursus in ea discoquimus, usq; dum tenera flaccidaq; evaserit: quod non facimus, cum ventris subducendi gratia sumitur: hæcenus Gal. Caterum licet

## VII. BRASSICA MARINA.

\* VIII. BRASSICA MARITIMA  
major. \*

- Brassica marina: confid.** Dioscorides prodiderit marinam brassicam folia ferre rotunda aristolochia, longa, ac tenuia, ea tamen non ab re ab omnibus esse censetur, quam vulgus officinarum Soldanellam appellat. Quippe quæ in maritimis nascatur, foliis lacteo succo mædeat, ramulis constet rubentibus, de quibus prodeunt ipsa folia, hederae modo, quæ gustu salsa, & amara, & quadantenus acris sentiuntur. Flores fert levis smilacis vulgaris haud ab similes, calatibi effigiem referentes. Quamobrem Diosc. codicem hoc in loco, sicut & in aliis permultis, mendis suspitione non vacare putamus. Facile enim evenisse crediderim librariorum incuria, ut folia *marina*, id est, longa, pro *marina*, id est, parva, hoc loco successerint: & certe facili fuit unius literæ lapsus. Siquidem Soldanella vocata omnibus notis marinam brassicam representat, exceptis foliis, quæ sunt aristolochia rotunda minora. Ruellius vir doctissimus, etsi in hoc nobiscum ceterisq; consentiat, quod marina brassica hac sit herba, quæ vulgò Soldana, & Soldanella dicitur, nulla etiam (ut inquit) reclamante nota: in eo tamen manifestè aberrasse deprehenditur, quod Soldana folia aristolochia longe, atq; etiam prælonga reddiderit. Errat præterea in hac planta Matthæus Sylvaticus pandectarum auctor, quod crediderit Arabum Chachile Soldanellam esse. Cujus error aperte convincitur ipsius Serapionis testimonio: quippe qui Chachile suum *Ufnea* simile fecerit, folioq; non aristolochiam, sed nasturtium imitari tradiderit. Marinam brassicam in litoribus Venetis, Aquilejensibus, ac Tergestinis, ubi copiosa nascitur, nos sæpius vidimus, ac legimus. Præstat ejus decoctum porum cum rhabarbato, ad ducendas hydropicorum aquas: idem facit foliorum siccorum pulvis, addito Rhabarbato & cubebis, pluries ex vino porus. *Κράμβη* ita Græcis, Brassica Latinè appellatur: Mauritanii, *Corumb*, sive *Karumb*: Italis, *Cavolo*, & *Verza*: Germanis, *Röl*: Hisp. *Colthes* & *Conves*: Gallis, *Choulx*. Brassica levius, Græcis *Κράμβη* *λεβή*: Italis, *Cavolo liscio*, sive *Verza liscia*: Germanis, *Röl*: Gallis, *Choulx verds*, aut *Choils*. Brassica crispæ, seu *Sabellica*, Græcis *Κράμβη* *κρίση*: Italis, *Cavolo crespo*, seu *Verza crespa*. Brassica capitata, Græcis *Κράμβη* *κεφαλή*: Italis, *Cavolo capuccio*: Germanis, *Rapskraut*: Gallis, *Choulx cabut*. Brassica marina, Græcis, *Κράμβη* *θαλασσία*: Italis & officinis, *Soldanella*: Gallis, *Choulx de mer*.

Brassica quæ *ἀπὸ τῆς ὁρμῆς* vorando dicta videtur: *καρὰ* quasi *καρὰ* quod pupillas oculorum lædat: Theoph. *καρὰ*. Cujus genera plura 7. hist. 4. & Plin. lib. 19. cap. 8. Cumanam, Aricinam, Pompejanam, Sabellicam,

Sabellicam, Lacuturrem recensuit. At li. 20. c. 9. ex Græcorum sententia tres species enumerat, Crispam quæ Selinada à similitudine foliorum Apii: alteram Leam latis foliis, quæ caulodes: tertiam propriè Cramben appellatam. Plures agnoscimus differentias & quidem pro foliorum colore, crispitudine, densitate, aliisq; qualitatibus. Aliis enim color viridis, aliis candicans, aliis purpurascens. Crispitudo & lævitas tam in candida, quam in viridi, quam nigram vocant, reperitur. Summa genera sunt, sativa & sylvestris: sativa alba, & rubra, horumq; species vigintisex in Phytopinace enumeravimus. I. Brassica alba viridis: Theophrasto, lævis & caulodis Plinio. C. B. Brassica, Brunf. Brassica sativæ majoris species altera, Trag. Brassica lævis, Matth. Cast. Cef. Brassica candida, Gef. hor. Brassica lata alba, Lon. Brassica vulgaris sativa, Lob. Dod. fol. Brassica alba vulgaris, Lob. Brassica prima, Tab. II. Brassica Crispa, fortè Sabellica Plinii, C. B. Brassica Crispa, Matth. Gef. hor. Lac. Brassica alba crispa, Lugd. Brassica patula crispa Sabauda estiva, Lob. Brassica Sabauda, Dod. Brassica Sabauda crispa, Tab. In hac magnam colorum varietatem observavimus, est nivea tota: est quæ candidissima, verum circumferentia, quæ crispitudinem efficit, viridi: est quæ rosea, quæ purpurea, quoad nervos discurrentes per folium, at crispitudine viridi: est & sulphurei coloris magis minusve intensi. III. Brassica capitata, hæc alba habetur & quidem capite vel globoso, vel oblongo, non penitus clauso: pluribus item capitibus conglobatis: habetur & rubra. IV. Brassica GONGYLODES, Rapitius colis Coroni fortè: quæ ex albarum genere est. C. B. Hæc statim à radice caulem emittit, qui proximè radicibus infra folia crassescit, & strumosus factus in mediocri rapi magnitudinem modò rotundam, modò oblongam extuberat. Ex quo prodeunt caules, sic & folia lævi brassicæ æmula, quæ aliquando profundis laciniis crispantur: flores veluti aliæ profert, sic & semina, quæ tamen apud nos rarò ad frugem perveniunt, sed ex calidioribus regionibus pro satione inferuntur. Amat solum pingue, benè stercoreatum & subactum. Dicitur Brassicæ albæ quarta species & Rapocaulis, Dod. gal. Caulorapum, Scalig. Lob. obs. appen. Cam. ad Matth. & Tab. Brassica thyrsuta, Gef. hor. Brassica caule rapum gerens, Dod. fol. Rapa Brassica peregrina, Lob. icon. Brassica cujus caulis in in caput extuberat. Cef. Brassica raposa, Lugd. Brassica rapicaulis, Cam. V. Brassicam CAULIFLORAM seu Pompejanam Plinii cum hortis instructioribus sit communis, adjecimus. Hæc brevissimo est caule, foliis paucis, latis, laciniatis albam referentibus, ex quorum medio caules albidii, crassi, molles, & pingues, asparagorum instar compacti, exeunt, qui si rectè coquantur, ori gratissimi: & si hyemem superarint, vernali tempore altiores facti, flores & semina instar vulgaris Brassicæ proferunt. Dicitur Brassica Pompejana, aut Cypria, Dod. gal. Lugd. Brassica florida botrytis, Lob. Brassica cauliflora, Dod. fol. Cam. ad Matth. Brassica prolifera florida, Tab. Brassicæ capitatae tertium genus, Cef. VI. Brassica SPINOSA C. B. Ramum hunc adpictum

\* VI. BRASSICA SPINOSA. \*

\* IX. SOLDANELLA ALPINA. \*



ex Bembiano horto Patavio accepimus, & totam plantam exspectamus universali nostræ historiæ cum descriptione addendam. VII. Brassica maritima seu Soldanella officinarum, C. B. Brassica marina, Matth. Dod. gal. Cord. in Diosc. & hist. Gef. hor. Lac. Cast. Lug. Cam. Soldanella, Gef. hor. Lob. Lon. Tab. Cæsalpino. VIII. Brassica maritima major C. B. Brassicæ marinæ genus, Rauvvolff. & ex eo Lugd. in append. Eleganter hanc Convulvi marini nomine, Neapoli à præstanti Imperato accepimus, verum & virentem in horto D. Zuingeri vidimus: hæc cum folia quædam habeat laciniata, quædam parte superiore sinuata, quædam non, placuit ejus figuram proponere: ejus descriptionem universalis historia exhibebit. IX. Soldanellæ nomen invitat & alteram alpinam ob elegantiam adponendam. Hæc ex radice crassiuscula oblonga, à qua multæ fibræ candicantes ex uno veluti capite dependent, folium

folium emittit, sæpe unum aut alterum, aliquando plura, rotunda, crassa supernè viridia, infernè dilutè virentia, sapore subadstringente & amaro nonnihil, & ingrato: cauliculo dodrantali lævi, nudo, gracili, subrubro à radice prodeunte (qui communiter unicus, rarius geminus,) flores infident bini, terni, alioquin plures, cæruleo colore nunc saturatiore, nunc dilutiore (rarius nivei) insignes, deorsum propendentes, campanulæ formam repræsentantes, multipliciter disjecti: quibus singulis succedit capitulum oblongum, durum, membraneum, in filamentum finiens, quod semen parvum durum continet. In Alpibus Helvetiorum & Juræ, Austriæ quin & Styriæ, Baldoq; monte provenit, Julio & Augusto florens. Cujus & aliud genus est folio minus rotundo, breviorèq; pediculo. Soldanellam putant dictam à similitudine cum Officinarum Soldanella, quid si ab effectu, cum polleat vi vulnera glutinandi, & ad cicatricem perducendi nomen habeat? Vocamus Soldanellam alpinam folio rotundo: Soldanella montana, 10 Adv. Lob. Soldanella alpina, Clus. Pann. Cam. ad Matth. Lunaria alia minor cærulea, Dalechampii. Asclepias quibusdam Lugdunensi.

ΤΕΥΛΟΝ.

BETA.

CAP. CXVI.

**B**eta duorum generum est: è quibus nigra coquitur cum lenticula, ut ventrem sistat: quod magis radice ejus præstatur. Candida alvo utilis est. Utraque tamen propter nitrosum humorem, quem habet in se, noxii succi est. Unde succus earum, cum melle naribus inditus, caput purgat: aurium doloribus auxiliatur. Decoctum radices, & foliorum, furfures lendesq; deterget: perniones foris mitigat. Crudis foliis vitiliginis, nitro antea perfictas: alopeciarum inanitates, scalpello prius exasperatas: atque de- 10 pascentia ulcera, illini prodest. Eruptionibus papularum, igni sacro, ambustisq; cocta medetur.

## I. BETA ALBA.

## II. BETA NIGRA.



**B**eta tam candida, quam nigra in Italia hortu frequentissima nascitur. Alba foliis provenit ceteris grandioribus, triplicis aut hortensis rumicis serè similibus, per ambitum leviter simbriatis: caulem gerit bicubitalem, striatumq;: flores exiguos sublutei coloris: semen copiosum, inæqualiter rotundum, ac subasperum: radice alba, raphani modo longa, ac etiam tenera. NIGRA, foliis, caule, floribus, semine, ac radicibus provenit alba similibus, paulò tamen minoribus & nigricantibus foliis. In Germania tamen habetur & RUBRA, non modo foliis, ceteris angustioribus, durioribus, sed etiam radice, quæ illi vaporum oblongorum magnitudine extuberat: colore aded rufescente, ut ejus succus rorum sanguinem referat, 60 adnatis circumquaq; prodeuntibus: caule verò pariter rubente, semine ceteris simile. Non aded multum differt sui in qualitatibus, ac viribus à ceteris generibus. Hanc Germani hyeme in aqua, aut cineribus calentibus obrutam coquunt, subinde corticibus exuunt, incidunt, & in acetariis asperso pipere concinnant ad esum. Carota vulgò vocata modo. Sed, & illis dulcior est, & gustui gratior: adhuc eas quoq; parumper elixant, & deinde transversim in particulas secant, & fictili vase cum aceto & sale recondunt, addito rusticano Raphano, quem illi Xren vocant minutim confiso. His vescuntur deinde cum asu carnibus. Transferunt à satione omnia genera, cum folia quinq; eruperint: verum latiora, ampliora, & grandiora evadunt, si radices recenti fimo bubulo liniantur, & deinde transferantur. Beta facultates adnotavit Gal. lib. 8. simp. med. sic inquit: Beta nitrosa facultatu particeps est, quæ tum digerit tum extergit, & per naves purgat. Ceterum cocta nitrositate omnem exuit, sitq; facultatis phlegmonis adversa, leviter digerenti. Porro ad detergendum, digerendumq; validior est beta

Beta con-  
sid. & ge-  
nera.Beta ru-  
bra radi-  
ce.Beta fa-  
cult. ex  
Galen.

30

40

50

est beta alba: nam nigra adjectum habet adstrictionis quippiam, & magis in radice, quam in aliis partibus. Et lib. 2. de alim. facult. inquit: Beta absterforius inesse succus conspicitur, adeo ut alium ad excretionem extimulet, & nonnunquam stomachum demordeat, praesertim iis, quibus natura sensu exactiore praeclusa est: ob idq; largius commansa, stomachum infestat. Huius, seu aliorum olerum, exigua est alimonia. Fecoris obstructionibus, quam malva, aptius accommodatur: magis autem ubi cum sinapi estur, aut aceto. Lienosos item similiter manducata mirifice iuvat. Jure enim quis ipsam medicamentum potius, quam alimentum dixerit, ubi hoc modo manditur: haët. Gal. Inveniri sylvestrem Betam tradidit Plin. l. 20. c. 8. Beta sylv. Plinio. eamq; vocari Limonium, quod describitur à Diosc. lib. 4. à Gal. verò l. 7. simpl. med. Cuius sententia refutatur Gal. l. 2. de alim. fac. cum inquit: Equidem non sativam solum malvam, sed agrestem quandam etiam esse perhibemus, quem admodum & lactucam, at agrestis Beta nulla est, nisi utiq; quis lapathum ita nominare velit. At Asinus quidam Galenum lace- Galenus à calum-  
rare, non erubuit, ut Plinium servasse videretur, qui aliorum fidem sequutus, in quam pluribus deceptus est. Candida beta, Plinio loco nuper citato auctore, cocta, & cum allio crudo sumpta, alvi tinea enecat. Succus à facibus expurgatus (ut ipse sepius periculum feci) clysteribus infusus, ad indurata alvi evocanda excrementa mirum in modum pollet, praesertimq; ubi lenientia clysmata nihil profecerint. Alba radix dearsa, & melle, saleq; illita, suppositaq; alvum exonerat. Nigra autem in aqua decocta, & illita, pruritum extinguit. Succus ex ea expressus, valet tam potus, quam illitus ad serpentium venenosorum morsus. Candida beta cocta, & cum allio crudo devorata, ventris tinea abigit. Olerum Graecè τὸ βῆτα: Latine, Beta vocatur: Arabicè, Dech. & Celb.: Italicè, Bietola: Germanicè, Mangolt; & Plessen: Hispanicè, Aseugas: Gallicè, Porrée. Beta alba, Graecis τὸ βῆτα λευκόν. Beta nigra, Graecis τὸ βῆτα μαύρον: Italis, Bietola nera: German. schwarz Mangolt; & Plessen: Gallis, Foatre, repaée sive porrée. Beta rubra, Graecis, τὸ βῆτα ῥοδίου: Italis, Bietola rossa: Germ. roth Mangolt.

## III. BETA RUBRA.

## \* IV. BETA CRETICA. \*



Beta, quoniam figuram literae β dum semine turget, referre videatur, nomen habet. Th. 7. hist. 4. candidam habet & nigram quae Sicula dicatur (unde Sicula praetextis) & 6. h. 3. & sylvestris meminit. Quatuor praecipuas hortensis agnoscimus differentias: Prima vulgaris, quae nigra, folio brevior & viridior: secunda, quae alba, candicantibus foliis, iisque multo longioribus & amplioribus: tertia quae rubra, radice rubra & magna: quarta quae lutea, radice buxica, caulibus buxeis, foliis virentibus, quibus addimus & Creticam. I. Beta alba, Matth. Gef. hor. Lon. Lob. icon. Cast. Cam. Beta candida, Trag. Fuch. Dod. gal. & fol. Cord. in Diosc. Lac. Lug. Beta altera, Caes. Beta, Brunf. & Tab. II. Beta rubra vulgaris C.B. Beta rubra, Brunf. Trag. Dod. fol. Lon. Beta rubra vulgarior, Lob. & Lug. Beta nigra, Matth. Fuch. Dod. gal. Gef. hor. Lac. Cast. Lugd. III. Beta rubra radice crassa C.B. Beta rubra, Matth. Lob. Cast. Lugd. Gef. hor. cui & Seutloftaphilinum: Beta nigra Rom. Dod. gal. Beta rubra Rom. Dod. fol. Beta nigra Latinis, Cor. in Diosc. Rapum fativum rubrum, Fuch. Rapa rubra, Beta species, Gef. hort. IV. BETA CRETICA semine aculeato: elegans est haec, & à nobis primò proposita: ex radice enim tereti, brevi, plures prodeunt caules cubitales per terram sparsi, rotundi, striati, ad radicem hirsuti, cani, in ramulos effusi: folijs paucioribus, betae nigrae similibus, sed minoribus: floribus ex flavo virescentibus: seminibus statim ad radicem multis, & hinc inde per caulem asperis extuberantibus donatis, in tres aculeos abeuntibus, in latera recurvatis, vel si mavis siliquam appelles, in sua enim cavitate granum unum continet, ad formam seminis Adonidis, subrotundum, quod in apicem abit, duplici membrana tectum, interiore rufescente, quae proximè medullam albam farinaceam cingit: exteriore minus rufa, non proximè granum cingente. Hanc florentem principio mensis Julii, & Augusti sine semine praegnantem, jamq; aridam in horto D. Zvvingeri legimus, N. v. p. x. 1740.

Beta Cretica.

**P**ortulacæ vis adstringit: capitis doloribus, inflammationibus oculorum, cæterisque, cum polenta imponitur: ardoribus stomachi, sacro igni, velicæ doloribus, auxilio est: commanducata dentium stupores sedat: stomachi, & intestinorum æstuationem, fluxionesque mulcet: renes, & vesicam adjuvat, etiam si erosionem sentiant: Veneris impetus exolvit. Succus epotus simili effectu prodest, in febribus valens. Contra teretes ventris tineas, cruentam excreationem, dysenteriam, hæmorrhoidas, & profluvia sanguinis, percocta efficax est: item contra sepsis morsus. Ocularibus medicamentis utilissimè commiscetur: interaneis fluxione laborantibus, atq; vulvarum erosionibus, infunditur: contra dolores, quos æstus excitavit, caput ex rosaceo, & oleo fovetur: eruptiones papularum in capite, cum vino emendat: vulneribus, quæ ad syderationem spectant, ex polenta illinitur.

## I. PORTULACA DOMEST.

## II. PORTULACA SYLVESTR.



Portulaca  
ex gene-  
ra duo.

**P**ortulaca omnibus vulgarissima est. Duo ejus habentur genera. Unum sativum, cui folia insunt latiora, pinguis, sabbærie vulgò vocata modo crassa, splendentia, & à tergo candicantia, gustu insipido, quadam cum austera aciditate: caulem edit crassum, glabrum, erectum, subpuncto colore, atq; pinguem: semine nigro, exiguo, in herbaceis calyculis incluso: radice multifida. Quæ autem sponte nascitur in hortis, vineis, campis, & aliis locis, provenit caulibus rotundis, levis, pinguibus, rufescentibus, humi sese diffundentibus. Folia gerit alteri similia, sed multò minor, & oblongiora, numero sita, cetera consimilia sunt. Manditur cruda ad oris ulcera, & commotos dentes. Folia lingua subdita, bibendi desiderium restinguunt. Alterum verò sylvestre humi repens, minoribus, tenuioribus, ac crebrioribus foliis. Portulacæ meminit Gal. lib. 6. simpl. med. ubi ita scribit: Portulaca frigida, & aquea temperamento est, pauca cujusdam particeps austeritatis, proinde fluxiones repellit, maxime biliosas, & calidas, cum eo, quod eas mutet, & in qualitate alteret, magnopere refrigerans. Et fuerit sanè in refrigerandi quidem facultate tertii excessus à temperatis, ac mediis: in humectandi verò secundi. Hac ratione & astuantes, ut si quid aliud, adjuvat, tum ventris osculo imposita, tum toti hypochondrii, potissimum in febribus atq; replens, utpote cum viscosam habeat humiditatem: similiter verò & succus ejus. Itaq; non foris modo impositus, sed epotus quoq; refrigerat. Hoc sanè & toti herba comese accidit. Quoniam autem subadstringit, utiliter dysentericis editur, & muliebri profluvio, & sanguinis rejectionibus. Sed ad hæc quidem multò est, quàm herba, succus ipsius efficitur. Et lib. 2. de alim. fac. Portulaca (inquit) quidam ut cibo utuntur: sed imbecillum præbet alimoniam, eamq; humidam, frigidam, & glutinosam. Ut medicamentum autem dentium stupori medetur, ob lentorem suum morsus expertem: de ea diffusum in opere de facili parabilibus sumus locuti. Hæc ipsa, ut tradidit Plinius lib. 8. cap. 20. emplastrum modo imponitur umbilico proci duo. Sanat & mammarum, & podagræ inflammationes, cum melle aut cimolia creta. Prodest in universum omnibus calidis affectibus. Portulaca sylvestris qualitate & viribus non differt à domestica, nisi quod adstringenti vi paulo sit potentior, atq; etiam nonnihil minus humectat. Ruricola integras plantas elixant, & deinde in sole siccant, & ad hyemales cibos asservant. Hujus herba nomen Græcum est ἀποχύν: Latinum, Portulaca: Arabicum, Rakleancha, seu Bachele albanica: Italicum, Portulaca, Procaccia, & Porcellana: Germanicum, Burseltraut/und Porseltraut: Hispanicum, Verdolagas, & Baldroegas: Gallicum, Pourcelaine, Pourpier, & Pourchaille, Portulaca sylvestris: Græcè, ἀποχύν ὀχύν: Italis, Prochachia, & Porcelana salvatica, & pari viente grassola.

Portulaca  
ex vire  
ex Gal.

Plinius.

Nomina.

Portu-

Portulacam cum Peplio herba diversissima Plin. lib. & cap. 20. confundit, quin & vires sylvestris cum fativæ viribus: quod ex eo factum, quod aliqui Peplion agrestem portulacam vocarint. I. Portulaca latifolia seu fativa. C.B. Portulaca horrensis, Trag. Fuch. Dod. gal. Portulaca major hortensis, Gefn. hor. Portulaca domestica, Matth. Lob. Cast. Tab. Portulaca fativa, Cord. hist. Dod. fol. Lugd. Portulaca, Cord. in Diosc. Portulaca latioribus foliis, Cæsalp. Portulaca major, Cam. II. Portulaca angustifolia seu sylvestris C.B. Portulaca, Lac. Portulaca sylvestris, Trag. Matth. Fuch. Dod. gal. & fol. Lob. Cast. Lugd. Portulaca spontè nascentis, Cord. hist. Portulaca minor, Gef. hor. Cam. Portulaca arvensis, Tab. Portulaca angustioribus foliis, Cæf. Cephæa herba, Cord. in Diosc. Cephæa Lonic. quoad descriptionem.

10

A' *asparag.*

ASPARAGUS.

CAP. CXVIII.

**C**orruda, sive a sylvestris asparagus, vulgaris est notitiæ. Hujus caliculi in cibo cocti, ventrem emolliunt, urinam cient. Radicis decoctum contra urinæ difficultatem, regium morbum, renum vitia, & coxendicum cruciatus, in potu proficit: cum vino autem, phalangiorum moribus auxiliatur. Si decocti succus super dente contineatur, ejus dolori medetur. Semen potum ad eadem valet. Canes, ut ajunt, si decoctum bibant, emoriuntur. Asparagum etiam nasci prodiderunt, arietis cornibus contusis, atque defossis: quod, quantum equidem sentio, planè à veritate abhorret. † Altilis autem asparagus, multis ramis fruticat, foliis fœniculi, longis, numerosis: radice rotunda, grandi, spongiam habente. Hujus teneri cauliculi triti in vino albo renum dolores sedant. Assus autem, coctusve, urinæ stillicidium, difficultatemque ac dysenterias mitigat. Radix cum vino, aut aceto cocta, luxatos artus mulcet. Decocta cum ficis, aut ciceribus sumpta regium morbum sanat: coxendicis cruciatus, stranguriamque levat: Alligata radix, aut haustum ejus decoctum, conceptum adimit, & sterilitatem adfert.

a Catac.  
petrus.

## I. ASPARAGUS.

## II. ASPARAGUS SYLVEST.



**A**sparagus duplex habetur, altilis, & spontè proveniens. Hujus tria visuntur genera nempe Palustre Græcis ἐλας & vocatum, montanum, & petraeum. Corruda propriè dictum. Altilis passim in hortis seritur, ceterisq. notior est, quam ut debeat explicari. Thyrsus is primùm sive germen è radicibus mittit, tenerum, cacumine crassiore, in acutum desinente, Orobancha modo, qui tandem auctus in ramos sese explicat, in quibus folia sunt capillacea, fœniculo breviora, tenuioraq. Florem edit exiguum, quo flaccescente, bacca subsequuntur, primùm virides, & deinde rufescentes. Radice nititur circa caulem spongiosa, à qua numerosæ oriuntur fibrae ellebori modo, albicantes, crassioresq. ut in rusco. Montanus [qui in montibus] & Palustris [qui in paludibus provenit] facie vix ab altili differunt. Horum omnium cauliculi, qui in cibis passim expetuntur prima germinatione, dulces sunt, & gustui grati. Corruda verò contrà, siquidem h. tenuiores & amariusculi sunt, & nullam ferè in cibis gratiam habent. Nascitur Corruda sive petraeum siccis & saxosis locis, & præsertim in sepibus & fruticibus, caule lignoso postquam adolevit flexiliq. albicante. foliis exiguis, præduris, & aculeatis. Nascuntur altiles Asparagi totius anni decursu, si ubi fructum legeris, radices, quæ summo cespite vagantur, circumfoderis, ac aperueris. Seruntur etiam ad esum, nam non ingratus sunt cibis, sive in acetariis, sive dum caulescunt, asperso modico sale, recentiq. butyro, cum pipere devorentur. Meminit horum Gal. lib. 6. med. sic inquit: asparagus petraeus, aut myacanthinus abstergendi vim habet, idq. citra manifestam aut caliditatem, aut frigiditatem. Hinc renes, ac jecur insarctum liberat, & maximè Asparagorum facultates ex Gal.

Asparagi  
confide-  
ratio, &  
genera.

Monta-  
nus & pa-  
lustris.  
Corruda.

Aspara-  
gorum  
faculta-  
tes ex Gal.

I i

herba

\* III. ASPARAGUS SYLVEST.  
aculeatus. \*Ex Plinio  
& Avi-  
cenna.

Nomina.



herba ipsius radices, & semen. Quin & dentium dolores sanat  
ficcitatis nomine, quam vel maxime dentes requirunt. Et lib.  
2. de alim. facult. Insuper (inquit) asparagorum alius regius  
in hortis nascens, alius idem id est, palustris appellatur, cet-  
alius ab iis, qui à bryonia oritur. Omnes autem stomacho uti-  
les sunt, urinam cient, parum præbent nutrimenti. Si tamen  
ii probe concoquantur, olerum asparagus magis alunt, nimi-  
rum quanto illis sunt sicciores: hac Galenus. Asparagi in ci-  
bo sumpti, ut scribit Plinius libro 20. cap. 10. oculis claritatem  
afferunt: pectoris, & spina doloribus profunt. Venerem stimu-  
lant, & ventrem leniter molliunt. Asparago trito cum oleo per-  
unctos, pungi ab apibus negant: hæc Plinius. Ceterum,  
ut memoria prodidit Avicenna Fenultima libri quarti, Aspa-  
ragi in cibis suavi odore corpus totum commendant: verum  
urinam fetidam trahunt. Palustris, & Montanus eadem  
omnia possunt, quæ altilis, nec imbecilliores, nec valentiores  
vires habent. Ceterum Corrua, ob manifestam, quam possi-  
det amaritudinem, longè magis aperit, provocat, & abster-  
git, id quod manifestè pater ex fetida quam ciet urina. Gre-  
cis ἀσπάργος, Latinis Asparagus nominatur: Mauritani,  
Halion, sive Helium: Italis, Asparago: Germanis, Espargen:  
Hispanis, Esparagos: Gallis, Esparge. Asparagus sylvestris, Gre-  
cis ἀσπάργος ὁ ἄγρος: Italis, Asparago salvarico.

† Licet in Græcis non planè constet, hic altilis, vel sativi  
asparagi mentionem fieri: tamen non video, quomodo hæc  
ad sylvestrem quoque referri possint, ut aliqui referenda cen-  
sent. Cum enim hunc notum esse antea dixisset Dioscorides,  
non aliam, ut solet, ejus subjecisset descriptionem. Quo fit, ut  
hæc potius ad sativum referenda putemus, vel saltem mendum  
subesse suspicemur.

I Asparagus, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. gal.  
Cord. in Diosc. & hist. Lon. Cast. Asparagus hortensis, Dod. fol. Cam. Asparagus sativus, Lac. Lugd. Aspa-  
ragus altilis, Fuch. Tab. Asparagus major Gef. hor. Asparagus domesticus vulgaris, Lob. II. Asparagus  
sylv. tenuissimo folio C. B. Asparagus sylv. Matth. Cast. Lugd. Asparagus tertius sativo similis, Palatium  
leporis vulgo, Cæf. His addere possumus Asparagum marinum, seu Corrudam marinam Monspelia-  
cam. III. Asparagus sylv. aculeatus C. B. Asparagus montanus seu Corrua, Matth. Asparagus sylve-  
stris, Gef. hor. ap. Lac. Dod. fol. Corrua, Dod. gal. Cord. hist. Lugd. Corrua prior, Clus. Hisp. Corrua  
Penæ, Lugd. Lob. icon. Asparagus petraeus, Cæsalp. Tab. Hujus tres species observantur.

Ἀσπάργος.

PLANTAGO.

CAP. CXIX.

a Orib.

sic habet.

Ἀσπάργος.

στῶν, οἱ δὲ

ἐπὶ τῶν δασυ-

οἰ ἢ πολὺ

ἐκτετακτο-

ται ἐπὶ τῶ

ῶν μικρῶν

τοῖς μέγ-

αῖς. Planta-

go, quam

alii hepta-

neuron,

alii poly-

neuron

vocat,

dum est

generum

aliud par-

vum, ali-

ud ma-

gnum.

b Ori. ha-

bet, κα-

πότερον.

longiora.

Plantagi-

nis confi-

deratio &amp;

genera.

Plantagi-

nis confi-

deratio &amp;

genera.

Plantagi-

nis confi-

deratio &amp;

genera.

Plantagi-

nis confi-

deratio &amp;

genera.

Plantagi-

nis confi-

deratio &amp;

genera.

Plantagi-

nis confi-

deratio &amp;

genera.

Uo a Plantaginis genera. Minor folia habet angustiora, b minora, molliora, læviora, & tenuiora:  
cauliculo anguloso, in terram inclinato: floribus pallidis: semine summis caulibus emicante. Altera  
major, lætior virentiorq; latis constans foliis, oleracei generis: cujus caulis cubiti altitudinem petit an-  
gulofus, subruber, à medio ad verticem tenui semine circundatus: radicibus nictur teneris, hirsutis,  
candidis, digitum crassitudine æquantibus. Nascitur in lacunosis, sepibus, & locis humidis. Multò uri-  
lior magna est. Vim habent folia exicatoriam, constringentem: quare omnibus malignis ulceribus, &  
fluxioni opportunis, atq; elephanticiis, sordidisq; illita profunt: profluvia sanguinis, ulcera quæ fer-  
punt, epinyctidas, carbunculos, nomasq; cohibent: vetera ulcera, & inæqualia cicatrice obducunt: chi-  
ronia sanant, sinus conglutinant: moribus canis, ambustis igni, inflammationibus, panis, parotidibus,  
strumis, ægylopiis, illita cum sale profunt. Coctum cum aceto & sale olus, dysentericis, cæliacisq; sum-  
ptum subvenit. Datur & in locum betæ cum lenticula coctum, & ad aquam intercutem, cui leucophle-  
gmatis nomen est, datur & herba decocta post aridas epulas, sic ut media antecedit: comitialibus, &  
suspiriosis data proficit. Foliorum succus, colluta subinde oris ulcera, purgat: cum cimolia, aut cerusa  
igni sacro medetur: fistulis infusus prodest: lippitudinibus, & aurium dolorib. idem succus instillatur:  
additur quoq; in oculorum collyria: gingivis cruore suffusis, & sanguinis reiectionibus, potu confert:  
clystere dysentericis infunditur: contra tabem datur in potu: adversus strangulationes vulvæ, in vellere  
subjicitur, etiam si vulva fluxione laboret. Semen ex vino potum alvi fluxiones, & sanguinis excreati-  
ones sistit. Decocta radix, & manducatu, & collutione, dentium dolores sedat: eadem cum foliis, ulce-  
ribus renum, & vesicæ in passo datur. Ferunt tres radices, cum tribus vini cyathis, & pari aquæ modo, 60  
tertianis auxiliari: & quatuor, quartanis. Sunt qui radices gestamine, discutiendis strumis utantur.

Quantum à Dioscoride, Plinio, Apuleio, alijsq; omnibus antiquis authoribus, duo tantum Plantaginis genera recen-  
sentur, majus nimirum, & minus, eam tamen, quam vulgus, quod lancea cuspidu formam referat, Lanceolam ap-  
pellat, essetentiam quandam plantaginis speciem, nemo est qui ambigat. Hetruscis plantago Centinervia vulgo vocatur,  
corrupto à Quinquenervia vocabulo. Major è quod ejus folia, quæ latiora sunt fibris septem & quandoq; pluribus tan-  
quam nervis secundum longitudinem excurrentibus distinguuntur, Septinervia appellatur. Media, quoniam in ejus foliis  
quing. apparent costæ, Quinquenervia dicitur. Folia habet angustiora, minora, molliora, læviora & tenuiora: cauliculo  
est anguloso, in terram inclinato, floribus spicatis, pallidis, pilosisq; semine summis caulibus emicante: radicibus multifidis,  
tenuibus

## I. PLANTAGO MAJOR.

## \*II. PLANTAGO ROSEA.\*



## III. PLANTAGO MEDIA.



tenuibus, albicantibusq. Nascitur & hac perinde ac altera plurimum humectis & uliginosis locis, in hortis, & secus vias. Minima vero, quod ejus folia, quae leviter hirsuta sunt, tres tantum habeant nervos, Trinervia dici potest. Longa, folia gerit longa, cuspidis lancea modo, unde illi nomen, striata, nervosaq, humi accubantia: caules, flores, semina, ac etiam radices media plantaginis omnino similia. Nascitur locis incultis, ac fere ubiq. Quam vero recentiores A Q V A T I- C A M vocant, folio est ceteris crassiore, carnosiore, robustioreq, ac laviore, ex lata origine in acutum desinente, lancea cuspidis modo, caulem gerit cubito longiorem, ramosum, flo- sculis candidis ubiq, refertum. Radicibus nititur numerosis, albicantibus, ut in Elleboro. Nascitur tantum in aquosis, & palustribus. Majoris, & minoris sementritum, ovog, exceptu, & calenti tegula inassatum, dysentericos juvat, frequenter devoratum. Recentia folia trita, & illita, lichenis auxiliantur: quinetiam vitia sedis omnia curant, nempe flics, rimas, condylomata, hemorrhoides, proidentiasq. Illinuntur quoque utiliter primo impetui rubenti podagra. Medentur omnibus digitorum vitis. Luxatis, cum dolores, tum tumores tollunt folia trita, & sale modico illita: contusis, verberatis, & ab alto devolutis, non solum illita sed devorata profunt. Succus ex rosaceo fronti adhibitus, capitis dolores a calida causa provenientes mulcet. Datur quoq, magno juvamento ad cruentam sputa, addito Armenio bolo, aut hematite lapide. Idem cum millefolij succo mistus, cruentam urinam reddentibus mirifice medetur potus. & praesertim addita philony perfici drachma. Illinitur quoq, recte erysipeli, addito aceto, & solani, seditq, furco. Strillatitia plantaginis aqua, cum aquali acerrimi aceti portione, sanguinem e naribus fluentem cohibet, si lintea in ea madefacta applicentur pedum plantis, manuum volu, & jecinori. Longa non differt facultatibus & viribus ab aliis generibus, nisi quod minus humiditas qua-

Plantagi-  
nis aqua  
ticit in-  
tio.

Planta-  
ginis fa-  
cult.  
Matth.

litate habet. Quoad Aquaticam cum neminem antiquorum habeam, neq, apud Gracos, neq, apud Mauritanos, aut La-  
tinos, qui hujus plantamemerit, nec de ejus viribus aliquid scriptum reliquerit, nihil sane habeo, quod de ejus viribus  
tuto in medium asferre possim. Non desunt, qui hanc plantam Damasonium, sive Alisma esse autement: atqui pro-

Plantagi-  
nis vices  
ex Gal.

culdubio falluntur. Plantago (ut scriptum reliquit Gal. lib. 6. simpl. med.) mista est temperatura: habet enim quiddam aqueum frigidum, habet verò & austerum quiddam, id quod terrenum est, sicum, frigidum. Itaq; refrigerat simul, & desiccatur, & in utroq; secundi excessus à mediis est. Porro medicamenta, quae cum hoc quod refrigerant, una etiam sicca sunt, ea & ad ulcera rebellia omnia, & ad fluxiones, & putredines conveniunt, ac proinde & ad dysenterias: nam & sanguinis profluvia sistunt, & si quid aduratur, refrigerant: tum sinus quoq; glutinant, & alia ulcera recentia simul & vetera. In omnibus fere id genus medicamentis primas tenet, aut certe nulli secunda est plantago, adq; temperatura symmetria, & convenientia. Nam siccitatem obtinet morsus expertem, & frigiditatem, quae nodum obstupefaciat. Semen ejus, & radix similis sunt facultatis, nisi quod siccioris, & minus frigida. Sed semen etiam subtilium est partium: radices verò crassiores. Ipsa autem herba folia exsiccat a tenuioris, & minus frigida facultatis sunt: nempe distillato ex eo, ac digesto excremento aqueo. Hac ratione & radicibus utuntur ad dentium dolores tum mandentes, tum collutionibus ipsorum incoquentes. Præterea ad jecinoris, & renum obstructions, non has tantum adhibent, sed folia quoq; & multo magis semina. Hac enim quandam in se abstergendi facultatem obtinent: quam & in herba viridi inesse satis conjici potest, verum ab humiditatis copia vinci.

Nomina. Herba, quae Græcis ἀπρίλλωρον, Latinis Plantago vocatur: Arabibus, Lifen, aut Lefan alhamel: Italis, Piantagine: seu Centincria: Germanis, Wegerich: Hispanis, Lbantem, Tamebagem: Gallis, Plantain. Plantago media sive minor, Græcis ἀπρίλλωρον μικρόν, sive μέσον: Italis, Piantagine minore. Plantago longa Græcis, ἀπρίλλωρον μακρόν: Italis, Piantagine longa, sive Lanciola. Plantago aquatica recentioribus appellata, Græcis incognita: Officinis, Barba Sylvana, Italis, Piantagine aquatica.

## IV. PLANTAGO LONGA.

## V. PLANTAGO AQUATICA.



Plantago à planta ducto nomine, plures habet differentias, ut in Phytopinace monuimus. I. Plantago latifolia maxima sinuata. C. B. Plantago rubra, Brunf. Trag. Lon. Plantago major, Mart. (figuræ enim transpositæ in aliis editionibus) Fuch. Dod. gal. & fol. Ges. hor. Tab. Cast. Cam. Plantago latifolia, Cord. in Diosc. Plantago vulgaris latifolia, Lob. & Lugd. Arnoglossa, Plantago latifolia lævis, Lob. icon. Plantago πολύφυλλος major seu rubra, Thal. Plantago & Centinervia, Cæs. II. Plantago rosea, quæ Plantaginis latifoliae maximæ species est, cum ea foliorum forma & radice convenit, at caule, seu spica variat, quæ multo brevior est: antequam enim penitus adolescat, multis foliolis convestitur, ita ut foliorum & densitate & frequentia herbaceum florem multiplicis rosæ instar, forma non colore, ostendat. Vocatur Plantago rosea Adverf. Lob. icon. Lugd. & Cam. Plantago multiplex Tabernæmontano. III. Plantago latifolia major incana. C. B. Plantago major, Brunf. Matth. Lac. Lon. Lugd. Plantago major incana, Lob. Plantago media, Fuch. Dod. gal. & fol. Ges. hor. Thal. Plantago latifolia vel media, Trag. Plantago tertia, Cord. in Diosc. Plantago minor Diosc. Tab. Cynoglossa quorundam, Lugd. Hæc etiam reperitur spica multiplici seu pannicula sparsa. In hoc genere & minor est. IV. Plantago angustifolia major. C. B. Plantago minor, Brunf. Fuch. Dod. gal. & fol. Ges. hor. Lac. Lon. Lugd. Plantago lanceolata, Trag. Tab. Plantago longa, Matth. Plantago angustis oblongisque foliis, Cord. in Diosc. Plantago quinquenervia, Lobel. Plantago media, Cast. Lanceola vulgo, Cæsalp. Plantago μικρόφυλλος minor, Thal. Hæc aliquando caulem palmarem emittit, in cujus summitate folia plura habentur, eo modo quo ad radicem disposita: spicis rotundis brevissimis, panniculis lanuginosis insidentibus. Habetur & altera angustissimo folio, quam in Phytopinace descripsimus. Addere oportet & angustifoliam minorem: & deniq; parvam quandam,



<sup>3</sup>li vires  
ex Galen. illi est, quam legitimo Sio. Sii meminit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum sic inquit: Sium quantum gustu  
odoratum est, tantum etiam excalfacientis facultatis est particeps. Digerit autem & urinam movet, & calculorum  
Nomina. frangit, & menses evocat. Quod Græci σιον, Latini quoque Sium vocant: Mauritani, Rorcat balmi, & Inhamchaneila, seu  
Hamchaneila: Itali, Sio, & Gorgolestro: Germani, Wassermerck: Hispani, Rabacas: Galli, Berle. Sium vulgare, Itali,  
Sio falso.

Sium <sup>ἀπὸ τοῦ σίου</sup>, quia in aquis vacillando succutitur à præterlabentibus aquis: vel potius ab excu-  
tiendis calculis. Apium palustre foliis oblongis serratis. C.B. Sion odoratum, Trag. Sium verum, Matth.  
Lugd. Thal. Sii primum genus quod Laver vulgò dicitur, Fuch. Apium palustre, Fuch. Lon. Lug. La-  
ver & Sion Cratevæ, Dod. gal. Sium, Cord. in Diosc. Gef. hor. Dod. fol. Sion sive Laver Dioscoridis 10  
Olufatri folio, sive Pastinaca aquatica, Lob. icon. Sium Cratevæ majus latifolium, Tab. Crescione vul-  
go, Eliofelinum Diosc. Theop. Plinio, & Sium Galeni Cæsalp. Hoc variat ratione latitudinis foliorum.  
II. Sium vulgare, Matth. Lugd. Sium, Lac. Cast. Sion. Matthioli & Itolorum, Lob. Vella Galeni, An-  
guillare.

Σισυμβριον.

SISYMBRIUM.

CAP. CXXI.

<sup>a</sup> Orib. Sisybrium (alii serpyllum <sup>a</sup> sylvestre vocant) in solo inculto nascitur, menthæ hortensis similitudi-  
<sup>peiyav. i.</sup> ne odoratius, latiore folio. Inferitur coronis. Calfaciendi vim habet: contra stillicidia urinæ calcu-  
<sup>magnum</sup> losq; semen ex vino bibitur: tormina, & singultus sedat. Folia in capitis dolore, fronti, aut temporib. 20  
<sup>sed sylve-</sup> illinuntur. Item contra vesparum, apumq; ictus. Vomitiones potu cohibet. Alterum sisymbrii genus,  
<sup>stre non</sup> aliqui Cardaminam, alii Sion appellant. Ea herba riguis gaudet, & eisdem in locis, quibus Sion, prove-  
<sup>legit.</sup> nit: quæ ideo nonnullis Cardamina nominatur, quod gustu Cardamum, id est nasturtium repræsentet.  
<sup>6 Eiusd.</sup> Folia primum rotunda prodeunt, adulta crucæ modo induntur. Id excalfacit, urinas movet: crudum  
<sup>i. odora-</sup> estur. Purgat lentigines, cutisque vitia in facie, noctibus impositum matutinisque detractum.  
<sup>tum leg.</sup> Orib.

## I. SISYMBRIUM HORTENSE.

## II. SISYMBRIUM SYLVESTRE.



<sup>Sisybrii</sup> <sup>confidet.</sup> **T**ametsi prodiderit Dioscorides Sisybrium in solo inculto nasci. Theoph. tamen lib. 6. cap. 7. de plantarum historia, & 60  
lib. 5. cap. 8. de earum causis, sativum etiamnum Sisybrium in hortis reperiri posteritatis memoria commendavit.  
Quod sanè eam herbam esse crediderim, quæ hodie in omnibus ferè hortis provenit, quam nostrates officina Balsamitam,  
vulgus verò mentham Romanam, vel crispam appellat. Quippe quod hæc proferat folia circinata, & vulgaris mentha la-  
tiora rotundioraq; crispata tamen: caulem edit quadrangulum, rubentem virentemq; & flores spicatos: & odore, gustuq;  
mentha longè acrior sentitur. Cujus rei illud etiam, præter assignatas notas, manifestum indicium facit quod Balsamita  
hæc facile in mentham degeneret, nisi diligens admodum adhibeatur cultura. Quod libro de plantarum causis paulò antè  
<sup>Sisybrii</sup> <sup>in men-</sup> <sup>tham mu-</sup> <sup>tatio.</sup> citato, apertè testatur Theoph. his verbis: Sisybrii mutatio in mentham, velut prædictæ opposita scilicet est, cum ex negle-  
ctu eveniat. Fit enim cum quis non excolit, neq; curam solitam adhibet, ut radices amplius deducantur, quàm in partem  
vi tota conversa, debiliior pars superna consistit, odorisq; sui vehementiam amittit, quasi ex ambobus illis, germine,  
atq;